



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quid amici & propinqui faciant mortuo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ducit presbyteros, vt orent pro eo, &c. non est negligētia vnctio extrema vel contemnenda: non respiciat ad vnctionem, sed orationem sacerdotum: hæc enim potissima ratio est vnctionis: nam tu oras & credis in Christum, orat sacerdos & ceteri, & sic fit quod impossibile sit multorum preces non exaudiri: qui ergo contemnit vnctionem, contemnit orationem propterquam potissimū vnctio est instituta. Est quoque hic promissio, scilicet, Et oratio fidei saluabit infirmum, &c.

8. Tertiò, defuncti illius proximiores sedulo curabunt hæc duo: primò, vt defunctus honestè sepeliatur: deinde, vt pro anima defuncti exoretur: hæc duo sunt fructus fidei & dilectionis, quia credimus hunc defunctum iterum nobiscum secundum corpus resurrecturum, & cum Christo viuere in æternum, quod talis defunctus etiā credidit promissioni Christi, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita qui credit in me, &c. Honestam enim sepultura que fit propter articulum resurrectionis carnis, Deo placet, sicuti commendantur sancti viri, Tobias, Abraham, qui honestè sepeliit Saram vxorem suam, Genes. 23. Et Isaac cum Ismael sepeliuit Abraham patrem Gen. 25. Et Iudæi corpora mortuorum cum magno honore sepelierunt, vt Luc. de viduæ filio, & Christus honorificè sepelitur Ioan. 19. vnde Deo plurimum placet honesta sepultura, quam ideò facimus, quia credimus verbo suo, nempe fore carnis resurrectionem & vitam æternam. Ideò tradit scriptura fore vnam de maledictionibus pessimis inhonestam sepulturam, 4. Reg. 9. de Iezabel, quam deuorârunt canes, & de falsis prophetis inquit Iere. 14. quod non habebunt qui eos sepeliât, immò communiter comburuntur, aut in aqua suffocantur. & cap. 22. de tyrannis inquit, Sepultura asini sepelientur. Ideò Dauid benedicit illis qui ossibus Saulis & Ionathæ fecerunt misericordiã, 2. Reg. 21. & peccat

& peccat
tum ad se
metria c
rationes
uis. Dei
tionibus
clesia, suf
uersarij se
in odium
prianus, A
gijis, & ser
gatio pro
pro anima
uatorum,
mus. hoc
ratum ad
aque vel
rio, si non
libus oran
tiones pro

1. Qui
2. Qua
dalis
3. Quo
tiam

S

tronca se

& peccatrix laudatur bono opere, quæ vnxit Christum ad sepulturam, Matth. 26. Per honesta igitur cōmateria conscientia ornatur, & quandò in illis ad orationes conueniunt Christiani, & orant pro mortuis. Deindè viuentes debent mortuos iuuare orationibus & elemosyna: Hoc enim pia fide tenet Ecclesia, suffragia fidelium prodesse mortuis: Nec aduersarij solida scriptura reclamare possunt, nisi quod in odium cleri faciunt. At omnes ferè doctores, Cyprianus, Augustinus, &c. plurimùm tribuunt suffragijs, & scriptura dicit quòd sit sancta & salubris cogitatio pro defunctis exorare &c. 2. Machab. 12. Sed pro animabus infidelium vt Iudeorum, & non baptizatorum, desperatorum, & impœnitētium non oramus. hoc enim scriptura prohibet, 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem: non dico vt quis pro illo oret &c. atque vel ex hoc loco scripturæ argui potest à cōtrario, si non orādum est pro infidelibus, ergò pro fidelibus orandum est: sed multa argumenta & apparitiones probant efficaciam orationis pro defunctis.

CAPVT II.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit propriè scandalum.*
2. *Quam graue peccatum sit coram Deo, scandalizare proximum.*
3. *Quòd scandala præbentes, rarò ad pœnitentiam redeant, & agrè saluentur.*



Scandalū est offensio, quo animus proximi alteratur & incitatur ad imitationē peccati alterius: & hoc fit vel fidei doctrina, vel vita, vel opere. Fide cōmittitur scandalū, si falsa doctrina & opinio tronca seminatur, vbi proximus in fide offenditur, AA qui